

**Landesbibliothek Oldenburg**

**Digitalisierung von Drucken**

**Samuelis De Cocceji, Henr. Fil. Sacræ Regiae Majestatis  
Borussicæ Magni Cancellarii, A Consiliis Sanctioribus  
Status Et Rei Bellicæ, Ordinis Nigræ Aquilæ Equitis Etc.  
Jus Civile Controversum Ubi ...**

Opus Ad Illustrationem Compendii Lauterbachiani ...

**Cocceji, Samuel von**

**Lipsiae, 1766**

De Sociis Cum Extraneis Contrahentibus.

**urn:nbn:de:gbv:45:1-9044**

gotio (scilicet emtionis, nam ad emendum coivere) dimitteret; adeo que solitus emeret; si jam ille epulas non solvit, convenitur a sociis actione pro socio, ex pacto contractui bonæ fidei adjecto. L. 7. ff. Paff. Et præterea, quia solus emit, ipse quoque a venditoribus (non vero a sociis) convenitur actione venditi. Du. Pagenst. in Dijp. ad L. 69. ff. pro for.

Quam misere hanc legem torqueant Dd. ex variis illis explicationibus apparet, quas vide apud Goth. ad d. l. & Pagenst. d. disj.

DE

## SOCIIS CUM EXTRANEIS CONTRAHENTIBUS.

Qv. I. Quid hic singulare sit in sociis cum extranis  
contrahtentibus?

*Laut. pag. 296. ad Rubri-* **R**ESP. Nihil, nam ea quæ juris communis sunt hic obtinent, & materia per se clara diversitate casuum a Doctoribus intricatur. Omnia vero his principiis continentur.

Socius ex suo contractu cum extraneo solus agit, quia alii per alium actio acquiri nequit: L. 74. ff. h. arg. l. 71. §. 1. h. Laut. p. 296. lit. K. Et solus quoque convenitur, quia alium pacto meo obligare non possum. arg. d. l. 67. §. 1. arg. l. 28. L. 52. §. 5. h. Carpz. p. 2. c. 17. def. 12. n. 1. Laut. d. l. At invicem socii agunt ad communicandum lucrum vel damnum. L. 74. h. L. 67. §. 1. h.

Ex c. (1) Si socii sint correi, tunc unusquisque agit & convenitur in solidum. L. 9. C. si tert. pet. Laut. pr. h. (2) Si unus sociorum praepositus sit, tunc reliqui tenentur ex lege præpositionis. Rationem dedi supra tit. de Exerc. act. quæst. 2. Vid. L. 1. in fin. & Leg. seq. de Inst. act. Laut. pag. 297. (3) Si in rem communem verbum sit; L. 82. h. Laut. p. 297. lit. L. tunc enim reliqui tenentur de in rem verbo.

Qv. II. Si socius secundum societatis legem contraxit, an creditori detur actio adversus reliquos socios, licet verbo non probetur, nec praepositus sit?

*Laut. pag. 279. verb. Ino etiam hoc in cau.* **N**EGATUR: Nam nemō ex suo facto alium obligare potest; abhorret ab hac sententia tota ratio iuris civilis, ubi perpetua obligatio est inter solos contrahtentes. Atque ita in praxi obtinere testatur Laut. pag.



pag. 297. in fin. *Mev.* p. 3. tit. 9. a. 5. n. 4. ad *Jus Lubec.* ubi late Dd. Atque hinc merito *Carpz.* p. 2. c. 17. def. 12. notandus, qui socios simpliciter & semper in solidum esse obligatos contendit, verum & ratio juris, uti ante jam dictum est, ei obstat, & ipse quoque loquitur expresse de casu, ubi pecunia in communem societatis usum versa est, quo casu omnino in solidum tenentur. Vid. q. *praeced.*

O B J. (1) Quod socii unam repräsentent personam.

R E S P. Nullibi hoc dicitur.

O B J. (2) Quod de substantia societatis sit communio bonorum, & quod illa confusio faciat totum corpus utrinque commune, *L.* 7. §. 8. A. R. D. §. *Si duorum ff. R. D.*

R E S P. Bona ipsa non sunt communia, sed solum lucrum ex illis bonis invicem communicatur. *supra q. 7.* Neque talis confusio per societatem fit, qualis in allegatis textibus describitur, qua duæ res diversæ ita confunduntur, & commiscuntur, ut amplius separari nequeant.

### LIB. XVIII. TIT. I.

D E

## CONTRAHENDA EMTIONE, ET DE PACTIS INTER EMTOREM ET VENDITOREM COMPOSITIS, ET QUÆ RES VENIRE NON POSSUNT.

Qv. I. *Quando partes in scriptis contrahere voluisse vi-  
deantur?*

R E S P. Quoties apparat contrahentes non aliter voluisse obli- *Laut.* pag. gatos nisi scriptura perfecta: *Pr. Infl. de Emt. Vend.* De eo 298. verb. autem constare non tantum ex verbis potest, sed etiam ex factis <sup>tum par-</sup> & circumstantiis; Regula illa probatur (1) quia voluntas & con- <sup>tes non</sup> sensus factis æque ac verbis exprimi potest. *L. 32. §. 1. de Legib. L. 52. tur.* *§. p. Et fin. de O. Et A.* (2) In nullo pacto verba præcise sunt neces- faria, sed id proprium est stipulationi. Unde (3) nullibi in toto jure requiruntur verba, sed potius ubique in legibus solum placitum partium ut scripto fiat desideratur; *pr. Infl. h. L. 17. C. defid. Infl. r.* quod placitum æque factis ac verbis declaratur; Si proinde nullus alias con- sensus

